



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Confessio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

auctoritate Episcopi, qui & habet ius eas visi-
tandi.

2 Congregatorum collegialiter preualet sen-
tentia maioris partis, nisi Papa praesideat.

*Confessio, vide Casus reseruatus, Contritio,
Eucharistia.*

1 **C**onfessionis praeccepto non satisfacit,
qui non est dispositus ad absolutionem
validè accipiendam. Quanquam etiam qui se-
riò, licet non integrè confitetur, Ecclesiae poe-
nas euadat; vt quidam probabiliter asserunt.

* Aiunt ex c. *omnis vtriusque. Sot. d. 18. q. ar. 3.
concl. 6. Azor. l. 7. c. 40. Ioann. Med. q. 20. de con-
fess. in fin.*

Negant Nauar. §. *diligens de poen. d. 6. num.
22. citant Adrian. 4. de confess. dub. 4. Vlt. n. 163.
verum Nau. c. placuit ead. d. num. 183. priorem se-
quitur & Vinal. de confess. n. 81. contra Syl. confess.
4. numer. 3. Cord. q. 15. Lopez. 1. p. c. 11. vide citatos
Euch. 25.*

2 Potest differri Confessio ultra tempus praec-
cepti, de sententia Confessoris, aut ex iusta a-
liqua causa.

* *Ex c. omnis vtriusque.*

3 Etsi communis opinio sit teneri ad Confes-
sionem annuam, qui habet vsum rationis, sci-
licet cum pudet malefacti; tamen Ecclesia nõ
videtur obligare ante pubertatem, ad poenas
non consentibus impositas.

D. 4

* *Nath.*

* *Nau. c. 21. nu. 33. Suarez t. 3. d. 79. sect. 2. vide Vial. de confess. nu. 15. & citatos censura. 2.*

4 Præcepto annuæ cōfessionis satisfacit quis confitens quouis anni tempore, qui annus ex consuetudine Ecclesiæ incipit in Octaua Pasche quamquam communicaturus in Pascha, si est in peccato mortali, tenetur iterum confiteri itemq; si est in articulo mortis, seu eius probabili periculo.

* *Sot. d. 18. q. 1. ar. 4. Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 4. Io. Med. q. 14. de confess. in fin. Vial. l. c. nu. 16.*

Quamquam } *Vial. l. c. nu. 12. Nau. c. 21. n. 9. Couar. c. Alma m. p. 1. §. 1. nu. 6. ex communi. Syl. confess. 1. q. 2.*

5 Probabilis est illa sententia, teneri statim confiteri, qui putat toto reliquo anno defuturum sibi Confessorem, aut qui possit à casu reseruato absoluere. Illud certissimum, qui nō præmissa peccati mortalis confessione cōmunicauit, debere post communionem quam primum confiteri. Addunt & quidam, necessariò confitendum, cum vix potest quis nisi confitendo euadere peccādi periculum: quod mihi non displicet, sed quia vulgo ignota obligatio, non est in usu.

* *Nau. c. 2. nu. 9. Syl. l. c. 3.*

Illud } *Nau. l. c. nu. 10. ex Trid.*

Cum vix } *Val. t. 4. d. 7. q. 9. p. 4.*

Mortalia, diuino iure, ante Eucharistiam explicanda in cōfessione *Con. in c. Alma. p. §. 1. n. 7.*
si uinc

si nunc potes confiteri reseruatum, teneris, si futurum sit, vt postea nequeas. *Val. l. c. ex Dur. Viual. de confess. num. 12.* septem explicat casus, in quibus diuino iure instituenda est cōfessio,
 6 Si quis fictè, id est, non ritè, cōfitetur, nempe cum dolore, aut proposito emendationis non omnino sufficiente ad cōfessionem formatam, sufficere postea solam illam fictionem confiteri, alij aiunt, alij negant; quæ sententia certissima est, & tenenda.

* De confessione informi. *Sot. d. 18. q. artic. 3. Val. t. 4. l. c. p. 2. Nau. de pœn. d. 5. §. cautus nu. 30. Viç. nu. 157.* tres referens sententias.

7 Iteranda confessio sine vllò dolore facta aut sine proposito vitandi peccatum, aut ei qui non poterat absoluere, aut si scièter omissum aliquod peccatum mortale, aut quod tale esse putabatur, etsi cum dubio (alioqui secus est si putabatur non tale esse.) Addunt quidam, etiam si facta Confessori prorsus imperito, aut qui non omnia intellexit, aut si quid mortale per crassam, vel ignorantiam, vel obliuionem est omissum.

* *Vide Nau. in c. Fratres de pœnit. d. 5. num. 31. Sot. l. c. Nauar. c. 9. Caiet. ver. Confess. Tol. l. 3. c. 10. Fu. confess. nu. 7. Viç. num. 168. 169. Viual. de confess. a num. 66. Io. Med. de dimidiata conf. q. 19. de ficta q. 20. de nulla ob defectum confessarij q. 21. de facta excommunicat. q. 22. Val. l. c. p. 3. vbi hæc regula.*

D s Qian-

Quando ex parte personæ, officijve pœnitentis, aut confessarij accidit defectus confessionem nullam reddens, iteranda est.

8 Si quis apud eundem Confessorem iteret confessionem, non est opus repetere specialiter peccata iam ei dicta, sed id solum, quod confessioni defuit: dummodo Confessor habeat saltem notitiam status ex præcedente confessione.

* *Nau. conf. 16. de pœnit. & remis. nu. 4. & c. 9. nu. 16.* si recordetur criminum, vel impositæ pœnitentiæ, aut status in confuso, *Lopez etiam p. 1. c. 38. in fi. Val. l. c. imò ex Adria. & Ioan. Med. relatis à Val. ibidem,* si esset omnium oblitus: quod tamen omnibus non probatur ut probat *Med. q. 24. de confess.*

9 Qui tenetur iterare cōfessionem, si eius rei oblitus confitetur postea aliquoties peccata, quæ facit, validæ sunt illæ confessiones.

10 Qui ex iusta causa aliquod mortale peccatum in confessione tacet, non tenetur confiteri iterum illa quæ dixit. Est autem causa iusta, non posse confiteri illud, nisi audiat aliquis qui propè sit, ut in naui, vel hospitali: aut temporis angustia excludi, aut periculum damni notabilis si confitearis.

* *Suarez tit. 1. d. 66. sect. 4. col. 2. Val. l. c. p. 1. col. 1347.* Si confessarius reuelaturus putetur, si sine aliena infamiâ confiteri nequeat; si sit violandum confessionis sigillum confitente

Sacer-

Sacerdote, si sit aliquis casus referuatus. Vide etiam *Tol. l. 3. c. 8.*

11 Abusus est non ferendus nihil confiteri nisi interrogatum: nec est dispositus ad Absolutionē, qui aliter non vult confiteri; est enim id. velle tacere peccata de quibus non interrogabitur.

* *Vide Tol. l. c. c. 18.*

12 Mentiri in confessione de peccatis venialibus, aut de alias confessis mortalibus, veniale solum peccatum est, etiam si illa antea proposuisses apud te verè confiteri. Quod si vnum solum peccatum tale confitearis, & in eo mentiaris, aut si dicas te fecisse peccatum aliquod mortale, quod non fecisti, vera est sententia, tunc peccari mortaliter, ob iniuriam factam Sacramento, sicut etiam certum est, posse in confessione taceri peccata venialia, vel omnia, vel aliqua: non enim sunt de necessitate confessionis, nisi fortè ex Regula aliqua Religionis: sed nulla talis obligat ad confitendum omnia venialia.

* *Nau. c. c. Fratres: n. 20. 21. 37. Pet. à Sot. l. 10. de confess. in fin. Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 1. omne mendacium in iudicio p. m. putat.*

Quod si 3 vide *Nau. l. c. nu. 16. & c. 21. nu. 37. Sot. d. 18. q. 2. ar. 4. concl. 3. Vinal. de confess. q. 17. Azorium l. 5. c. 28. col. penul.*

Taceri pecca. venialia 3 *Sot. l. cap. art. 3. Med.*

q. 26. de confess. & q. 5. latius; licet quidam, eodem Med. teste, putarint, venialia esse exprimenda.

Ex regula ꝛ Religiosi possunt obligari ad venialium confessionem, vt seculares vouere possunt venialium confessionem; sed adhuc, inquit Med. l. nec Monachi nigri semel in mēse tenentur venialia confiteri.

Nulla talis ꝛ Med. q. 26. in fi. S. Thom. Scot. & alij, quos citat Viual. de confess. nu. 52.

13 Nemo tenetur confiteri audiente tertio, aut per scripturam: etsi quidam putant teneri, qui aliter non potest quam scripto, aut nutibus confiteri, & in morte per interpretem, quod de nutibus quidem concesserim, de scripto, & interprete non prorsus improbauerim, sed nec tamen condemnari non facientem.

* Nauar. in c. Fratres, cit. numer. 90. & cap. 21. numer. 36.

Per interpretem ꝛ Nau. c. c. Fratres nume. 85. vide Viual. de confess. num. 24. & Nauar. cap. 21. num. 36. Tol. l. 3. cap. 6. num. 4. Angles in 4. de confessione.

Mutum teneri ad perficiendam confessionem nutibus putat Nau. l. c. n. 89. Angles de confess. pag. 116. ex communi Theologorum. D. Tho. 4. d. 17. q. 3. Scot. d. 18. q. 2. art. c. 6.

14 Non licet absenti per nuntium, aut scriptum confiteri.

15 Debet quidem, qui potest, verbis confite-
ri: sed si causa subsit, potest etiam præsentis Sa-
cerdoti peccata legenda tradere, etsi id qui-
dam negant. *Vide 30. q. 5. Qualis.*

* *Vide Caic. ver. Confess. condi. 11. Na. l. c. n. 86.*

Legenda; ut si puella sit nimis verècunda.
Canus relec. de pen. p. 6. Valent. l. c. q. 9. p. 1. in fine.
Rich. 4. d. 17. q. 5. d. 9. Ang. confessio 1. num. 32. ex
Scot. Gloss. c. Qualis 30. q. 5. Tol. l. 3. c. 6. nu. 5. Vide
Sylu. Confessio. 1. nu. 16.

16 Oportet confiteri speciem peccati, & nu-
merum.

* *Nau. c. 5. nu. 2. Scot. d. 18. q. 2. art. 4. Tol. l. 3. ca.*
18. Vide Io. Bapt. Corra. q. 49.

Hypocrysi, pudore, lata culpa numerum
mortalium tacere. p. m. est *Nau. c. 6. nu. 15.*

17 Ad declarandam speciem tui peccati, po-
tes, si necesse est, declarare simul alienū, imò
etiam cum tibi id valde utile est ad animæ sa-
lutem, aut illius cuius sic forte fama periclitat-
ur: nam famæ præponenda salus: cum autem
tu potes dicere, potest & Confessor eisdem de
causis interrogare. Hæc Doctorum Antiquo-
rum doctrina, quæ tamen Neotericis quibus-
dam non placet, qui tacendum putant pecca-
tum per quod alius infamatur, aut alioqui da-
mnum notabile patitur: quod probabile qui-
dem est, præsertim in periculo dāni, sed quod
ad infamiam attinet, placet mihi Antiquo-
rum sententia.

* Alienum } *Sot. d. 18. q. 2. ar. 5. Caie. ver. Confess. condit. 3. P. Nau. l. 2. c. 4. nu. 275.* (qui multa pro utraq; parte) explicandum putat complicitatis circumstantiam, si leuis sit iactura famæ. Corduba fusè q. 2.

Neotericis } *Vide Io. Med. de confes. q. 9. Val. l. c. col. 12. Nau. c. 7. nu. 3. & de pæn. d. 5. nu. 95. in c. Sacerdos, Bannes 2. 2. q. 33. art. 8. Vial. de confess. nu. 49. vide Fu. circumstantia 11.*

18 Confitendum circumstantiam, quæ etsi peccati speciem non mutet, tamen multò grauiorem facit, aiunt quidam, alij negant: est certè, cum necesse sit confiteri: vt si quis furatus est centum aureos, non sufficit dicere solum, Furatus sum: multum enim refert scire quantum acceperit.

* Aiunt } *Sot. d. 18. q. 2. ar. 4.* vt incestus cum matre, & fortasse cum sorore, vt infamia Patris de re graui falsa, vel vera contra iuris ordinem *Sot. l. c. ar. 5. col. antep.* tutior est hæc opinio *Azor l. 2. c. 12. col. 1.*

Est certè. } *Sot. l. c. artic. 4. vers. Collegamus. vide Vial. de confess. nu. 43.*

Val. l. c. q. 11. p. 1. col. 9. Med. l. 1. c. 9. §. 2. Sot. l. c. putet, explicandam eam circumstantiam, quæ notabiliter aggrauat, licet nō mutet speciem.

19 Tametsi incestus specie non differant, *Ex D. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 9. Caiet. 16. Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 4.* aiunt quidam confitendum gradum, præsertim si primus est, vt cum parente

aut germano. Vbi tamen quidam volunt sufficere, si solum dicat fuisse factum in primo gradu, non nominando patrem, aut fratrem, quod satis est probabile.

* Incestus inter affines, & consanguineos.

Vide *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 9. Sor. l. c. ver. 7.*

Gradus consanguinitatis est exprimendus.

Val. l. c. col. 9. Nau. c. 16. nu. 3. Hanc questionem, (An gradus &c.) pertractat Corduba diligenter q. 2. & refert tres discrepantes sententias.

De hac re *Io. B. Cor. q. 49.*

20 Temporis circumstantia non mutat speciem, etsi mutare quidam putent.

* *Sor. l. c. art. 4. vers. De die &c.* nisi intendat festum sceleribus violare. *Syl. verb. circumstantia nu. 4. Nau. c. 6. nu. 10. & 11. Med. l. 1. c. 9.*

21 In furto & luxuria confitendum an factum sit in loco sacro, vel cum re sacra: & si effusus sanguis, an in loco sacro. Quod si quis occidit, addendum etiam fuisse patrem, fratrem, vel personam sacram; & si furatus, per vim etiam rapuisse, si sic res facta.

* *Sor. l. c. ver. De die &c. Met. l. c. Nauarr. ca. 6. num. 4. & 11.*

Personæ occisæ, si sint nobiliter coniunctæ, aut sacrae, id explicandum. *Tol. l. 5. c. 8. nu. 1.*

Furatus] *Nau. c. 17. nu. 95.*

22 Volunt quidam etiam in peccato continuationem diuturnam confitendam, quod ego non puto necessarium, nec esse in usu.

* *Val.*

* *Val. l. c. col. 1346. Med. l. i. c. 9. vide Sylu. Confessio. 1. §. 10.* Circumstantiam frequentissimæ repetitionis, & relapsus confitendam, docet *Sot. d. 16. q. 1. artic. 4.* & sæpè insolitam peccandi cōsuetudinem, ad remedia consequenda. *ibidem.*

23 Odij in parentes circumstantiam putat Nau. necessariò confitendam: Caiet. autem, si notabiliter offensus est benefactor, id etiam explicandum.

* *Nau. c. 14. nu. 11. Lopez p. 1. c. 54.* Si quis in graui verè contra ordinem iuris, vel falso parentes infamia læsit, explicanda circumstantia. *Sot. l. c. q. 2. art. 5. col. antep.*

24 Fœminæ confitenti mētalem fornicationem, si virgo sit, etiam id dicendum est.

* *Nau. c. 6. nu. 8. Val. l. c. q. 11. p. 1. Vinal. de confess. nu. 38. Met. li. 1. c. 9.*

25 Peccatum fuisse cum filia confessionis, nō est necessariò explicandum (et si quidam putant:) non est enim id incestus.

* Vtraque opinio probabilis, teste *Ledes. de matrim. q. 56. art. 2. pag. 525.* sed cum ea agere de re venera in confessione, immane sacrilegium à fidei censoribus puniendum. *ibid.*

Et si *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 10. ad 2. Sum. circumstantia. nu. 11. Vinal. de confess. nu. 50.* aiunt confitendam.

26 Nec si quis contra conscientiam peccauit, nisi sit erronea, aut contra votum, quod sæpè

reno

renouârat, ea renouatio particulariter exprimenda.

* Peccatum, quod erronea consciëntia mortale putat, explicandum. *Nau. c. 6. nu. 14.*

27 Diuinationes per diuersa non differunt specie: itaq; sufficit dicere, se peccasse diuinatione, aut superstitione.

* *Sot. d. 18. q. 2. art. 4.*

28 Confitendum scandalum, scilicet factum fuisse aliquid animo inducendi alium ad peccatum, vel tale fuisse, vt ad id occasionem daret: vt cum factum est publicum.

* *Nau. c. 6. nu. 19. Intellige vtrumque de p. m. vide Io. Med. de confess. q. 8.*

29 Cum vterq; peccans est coniugatus id exprimendum: idem alij putant si omissa Missa cum duplex esset Festum, aut violatum ieiunium cum duplex Vigilia. Ego cum alijs sentio, sufficere illic dicere fuisse omissam Missam, vel ieiunium violatum.

* *Nau. c. 6. num. 4.*

Item *Nau. c. 11. nu. 4. Lopez. p. 1. c. 40.*

Si ieiunium sit voti, & præcepti ecclesiastici duplex est de ormitas. Vide *Caieta. 2. 2. q. 88. ar. 4.* Peccatum est vnum, quando generalia præcepta in speciali continentur, neque enim numerus præceptorum crimina multiplicat, sed diuersitas ad diuersas virtutes pertinet, vt sine confessione Eucharistiam sumere in mortali vnum peccatum est. *Azor. l. 10. c. 31.*

e. 31. q. 10. Canus verò p. 4. de pæn. plura peccata putat. Idem Nau. c. 11. n. 4. Lopez p. 1. c. 40. quorū sententiā reiicit Azor. alio loco l. 4. c. 31. q. 7.

30 Qui peccatum confessus, verbi gratia fornicationem, oblitus est dicere fecisse se contra votum, postea sufficet id solum dicere, omissio peccato; etsi quidam putent, etiam tunc peccatum exprimendum.

* *Angelus ver. Interrogationes. §. 6. Nau. c. 6. n. 20. & in c. cum consideret de pæn. d. 5. num. 105. Val. t. 4. d. 7. q. 11. p. 1.*

Et si quidam. §. *Syl. Confess. 1. q. 10.*

31 Nau. ait, sufficere meretricem dicere se per tot annos fuisse omnibus expositam: sic enim satis intelligi quid fecerit. Ego verò non essem tam generali confessione contentus.

* *Nau. c. 6. nu. 15. Sot. d. 18. q. 2. art. 4. ait, satis esse explicare tempus, & consuetudinem peccati, quando numerus est propè innumerus. Med. l. 1. c. 9. §. 2. idem.*

Ego verò §. *Sot. l. cit. ad concl. 2. Vin. de confess. nume. 59. Quid si aduersa venere vsa sit: si cum Patre, cum fratre concubuit? si potione amatoria, si magicis artibus vsa? Cogita obseruata à Viual. l. c.*

32 Qui dixit se decem plus minus peccata fecisse, si postea recordatur fuisse duodecim, nō tenetur illa duo iterum confiteri: secus est, si dixisset fuisse tantum decem.

* *Sot. l. c. vide Nau. c. 6. n. 4. Viual. de cōfes. n. 55.*

33 Qui cum puer esset, ignorabat aliquid esse peccatum mortale, cum postea aduertit, sufficit illud solum confiteri.

* *Nau. c. 9. nu. 15. & c. Fratres de pœn. d. 5. n. 82. Syl. & Gersonem citans.*

Ita si puer confessus est Sacerdoti iurisdictionem non habenti, vir factus, cognito errore, illas solum inualidas confessiones, si plures fuere, tenetur iterare. *N. c. placuit de Pœn. d. 6. num. 182.*

34 Potestas eligendi confessorem non expirat morte concedentis.

* *Nau. l. c. num. 34. & ibi.*

35 Cū periculosum est proprio Sacerdoti confiteri, aut alioqui iusta causa est ei non confitendi posse sine eius licentia, petita tamen prius, alieno confiteri, alij aiunt, alij negant: quæ opinio tenenda videtur iuxta *c. Omnis viriusq; sexus.*

* *Vide Io. Med. q. 30. de confess. D. Tho. 4. d. 21. in si. Palud. d. 17. q. 1. dub. 4.*

Aiunt } *Syl. Confessio. 1. numer. 6. Naua. l. cap. num. 143. & 144.*

Negant } *Io. Med. l. c. nisi Parochus ignarus sit, & indiscretus, aut adsit mortis articulus, docet autē sufficere licentiam tacitam vel rationabiliter præsumptam q. 31. in fin. etiam datam à Vicecurato, cui vices omnes pro sacramentis à Curato collatæ sint, qu 32.*

36 Eadem sæpe confiteri, valet ad gratiæ augmenta-

augmentum, & poenè remissionem.

* *Nau. c. 21. num. 42.*

37 Confessori scienti peccatum tuum, sufficit dicere: Accuso me de illo peccato quid tu scis.

* *Ioan. Med. q. 8. de confess. versi. si queras, im-*
mo si omnia peccata nota illi sint, & omnes
circumstantiæ, idem sufficit. id. ibid.

38 Potest quis pluribus simul Sacerdotibus confiteri.

Vial. de Confess. nu. 22. condit. 11. non tamen
tenetur. & *num. 34. ex Sot. d. 18. q. 2. art. 6. Vide*
Fum. confess. nu. 24.

39 Cum quis in necessitate plures simul au-
dit. potest simul absoluerè, dicendo; Ego vos
absoluo, &c.

* *Nau. c. 8. nu. 13. Vial. l. c. num. 76.*

40 Rustici qui bona fide confessi sunt, non
expresso numero peccatorum, non sunt po-
stea ab alio Confessore cogendi numerum o-
missum dicere repetita confessione, si facile
deprehendi potest quid soleant facere: nec si
se putant bene confessos de aliquo præterita
confessionis interrogandi, nisi Confessor in-
telligat aliquid necessarium defuisse.

* Viros huiusmodi non esse cogendos ad
iterandas confessiones docet *Nauar. conf. 12. de*
pœn. & remiss. nu. 2. sed ad explicandum verissi-
mum mortalium peccatorum numerum; & ad
hanc interrogationem teneri Confessarium,
ex *Trid. sess. 14. de pœn. c. 7. Omnia, & singula.*

41 Con-

41 Confessio integra habenda, quam talem iudicat peritus Confessor: nec postea debet poenitens quidquam confiteri, nisi rationaliter iudicet nunquam se illud fuisse confessum.

* *Nau. c. 21. num. 24.*

42 Meretrices non comprehenduntur statutis Synodalibus excommunicantibus non confitentes, aut non communicantes in Pascha: itaque tales nunquam denunciantur.

* *Vial. de confess. numer. 60. Graff. l. 1. c. 9. numer. 8.*

43 Non tenetur quis ob periculum obliuionis peccata scribere.

* *Nauar. in c. Fratres cit. nu. 87. Sor. l. c. art. 4. in fine; licet tamen si caute fiat. Nau. ib.*

Addit. 3 Tacens in confessione, quod secundum suam conscientiam, nullam facit absolutionem, peccat; & si id sciens sileat, inuvalida est confessio. *Nauar. conf. 16. de pen & remiss. numer. 3.*

Ad numer. 5. Trid. sess. 13 c. 7. loquitur de solo Sacerdote, urgente necessitate, celebrante sine copia Confessoris: quare contra *Naua.* non obligantur hoc praecepto laici: nam id verba legis non exprimunt, neque qui oblitus p. m. celebravit, neque qui sine necessitate sui sceleris conscius sacrum fecit. ligatur tamen qui suscipit die parasceues Eucharistiam, licet neque consecret, neque sacrificet; & qui post

CON-

consecrationem, peccat. mort. committit, & cum contritione communicat, vel relictum ab alio moriente inchoatum sacrificium post consecrationem perficit. *Ex Suarez to. 3. dist. 66. sect. 7.* Dicentem se non pœnitere, propter Deum, non auderet Sot. absolueret. *d. 18. q. 3. art. 2. in fin.*

Confessor, vide Absolutio, Archipresbyter, Confessio.

1 **C**onfessorem eligere potest, qui habet curam animarum, vt Parochus, & Prælatus Religionis exemptæ, & Vicarius Episcopi; item Cardinalis, & Decanus & Archidiaconus: Potest & Cardinalis dare suæ familiæ Confessorem.

* *Vide Nau. in c. Placuit citatum. nu. 29. & 38. Tol. l. 3. c. 13. nu. 8. & 9.*

2 Familiæ Episcopi Confessor est Parochus proprius, vel Ecclesiæ Cathedralis: peregrinorum verò, & vagabundorum, & mercatorum, vel mercenariorum vagantium Parochus loci, vel alioqui approbatus Confessor.

* *Vide Tol. l. c. numer. 11. & 12. De peregrinorum, & vagantium Confessario Ioann. Med. q. 31. l. c.*

Qui habet licentiã peregrinandi à Parocho potest ibi expiare, diuino ritu, crimina, ubi tunc est. *Nau. l. c. nu. 62.*

Qui habet facultatem eligendi quemlibet, potest